Chłopecki Łasienickiemu Debet.

legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra praedictos Terminos Officii praesentis Castrensis Praemisliensis Villaticorum. Alii non recipiendo nullasque morae appellationes eamque prosequendo faciendo ac praemissa omnia praemissis simplicibus vel triplicatis Inhibitionibus Suspensionibus fatalibus Juris praesentis Terrestri bello conventionisque cum aliis quibusvis Juris remediis ac defensionibus non subterfugiendo hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Tureczki Consorti Advitalitatem inscribit.

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nobilis Jaczko Tureczki Nobilis Iwan Tureczki filius sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo huic autem Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Praemisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publiceque per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Kastasiae Komarnicka et Nobilis Waszko Strzicki primaeva ac praesens vero secundae in praesenti Consorti Suae legitimae Tertiae Sortis Bonorum suorum generaliter omnium Mobilium et Immobilium Summarumque quarumvis pecuniarum habitarum et habendarum Item auri argenti Vestium Vestimentorum Pecorum Pecudum Equorum Equitiarum acterisque Suppellectilis Domesticae nunc habitae et in posterum habendae advitalitatem usque extrema tempora advitalitatis et usum fructum inscribit et concedit tali videlicet modo. Quod si prius praefatum Nobilem Jaczko Tureczki Maritum suum quam ipsam Nobilem Kastasiam Consortem suam mori contigerit. Extunc praefata Consors sua Tertiam Sortem Bonorum generaliter omnium haereditariarum obligatoriarum Mobilium et Immobilium Summarumque pecuniarum aeremum Suprascriptarum omnium, morte eiusdem Mariti sui derelictarum Bonorum omnium eiusdem Tertiae Sortis jure dominio et proprietate cum omnibus et singulis eius utilitatibus fructibus proventibus redditibus Emolumentis obventionibus attinentiis et pertinentiis generaliter universis nullis exceptis obtinebit et possidebit illisque uti

fruetur.

fruetur ad extrema vitae suae tempora post mortem vero eiusdem Consortis suae Eadem Tertia Sors Bonorum suorum generaliter omnium morte sui recognoscentis derelictorum ad Successores eiusdem Recognoscentis Nobilis Jaczko Tureczki sine quovis impedimento et contradictione praedictae Consortis suae Successorum totaliter et plenarie devolventur. hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Et incontinenti coram eodem Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus personaliter Comparens. Nobilis Supranominatus Iwan Tureczki Sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo huic autem Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Praemisliensi quoad actum praesentem attinet se cum Successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publiceque per expressum recognovit. Quia ipse suprascriptam Inscriptionem praefatam Advitalicialem per praedictum Nobilem Jaczko Tureczki filium suum praefatae Nobili Kastasiae Komarnicka Consorti suae factam et in Sorte Tertia Bonorum suorum generaliter omnium assecuratam consentit eamque pro integrato habere declarat.

Chlopecki Dobrzanskiemu Obligat.

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nobilis Lucas Chlopecki Sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo huic autem Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Praemisliensi quoad actum praesentem attinet Se cum Successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Stephano Dobrzanski eiusque Posteris Summam Trecentorum florenorum pecuniae polonicalis quemlibet florenum in solidis triginta polonicalibus computando certi veri Justi et liquidi debiti mutuatitiae pecuniae tenetur atque debet. In quaquidem Summa Tre: